



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]  
missa[rum] occurrentiu[m]**

**Heynlin, Johannes**

**Colonie, 1501**

**VD16 H 3452**

ij Quid si loco vini alias liquor fuerit politus in calicem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

# Septimum

Aqua vinata seu  
aqua superflua sive  
per aceruos vinas  
rum post vinum

Dicitur esse vīnum vitis  
de vīna expressum. Et  
ideo nō potest hoc sa-  
cramentum cōfici in  
expressum

quod non est vīnum.

Sigresto. id est  
succo de vīna im-  
matura expresso.

Aceto

Malorum granatum

Mororum

Vīno

Lerasorum

Uitis adhuc

in vīna stento

quod non est vīnum

quia non expressum est de vīna. et sic magis habet rōnem quod de  
bet comedī quod dicitur potari.

Dubius

Si agendum est si loco vīni fuerit aqua vel aliquis aliis li-  
quoribus positus in calicem ad consecrandum

Solo. Si sacerdos hoc percipiāt ante consecratiōnēm panis. et vīnum  
nullo modo haberi possit. missam deserat imperfectam nec ulte-  
rius procedat. Si autem vīnum haberi possit effundat pōrem  
liquorem et imponat vīnum purum cum aqua. procedatque ulterioris nil re-  
petendo. Si vero percipiāt post consecratiōnēm panis et ante consecratiōnēs  
calicis et vīnum non possit haberi. procedat nihilominus corpus christi su-  
mendo absque sanguine et missam terminando. Sed si possit haberi vīnum  
effundat liquorem et preparat calicem ut supra. procedatque ad consecra-  
tionē calicis. incipiendo ibi simili modo. nihil repens de prius lectis.  
Si autem percipiāt hoc post consecrationē calicis et ante sumptionēm  
atque diuisionē hostie. tunc effundat illum liquorem in aliud vas qui po-  
stea propter reuerentiam verborū consecratiōnis super ipsum prolatorū  
mittatur in piscinam. imponatque vīnum aqua mixtum in calicem quo fa-  
cto accedat ad consecratiōnēm sanguinis reincipiendo ibi simili modo. et de  
inde procedat more conuento. Vbi vero vīnum haberi non posset sumen-  
dum est corpus absque sanguine. ut in calice precedenti. Et ita etiam in se-  
quentib⁹ agendum est si vīnum haberi nō possit. Sed si hostia sit diuisa  
et pars missa in calicem. tunc caute extrahat illam partem et reponat super  
patenam. et liquorem effundat in aliud vas. quem postea sumat post ab-  
sūtōnē. vel in sacrario recondat propter reuerentiam hostie consecratiōne  
impose te in ipsum. deinde imponat vīnum cum aqua. et reincipiat ut dictum est  
procedendo ad consecratiōnē sanguinis et quia illa pars hostie que extra-  
cta est de calice nō potest bene tractari propter humectatiōnē. ideo capiat il-  
lam partem hostie nō humectatā. et cū verbis ac signis consuetis mittat in  
calice. partē vero humectatā sumat cū alia parte nō humectata. et procedat  
ulterioris more solito. Si pro dictū liquore percipiāt post suscep̄tiōnē corpo-  
ris xp̄i. ante tamē sumptōnē et gustatiōnē istius liquoris indebiti. tunc sig-

L 117

# Capitulum

eue prius extrahat partem hostie missam in ealicem. et reponat super patenam. et faciat cum liquore ut prius imponatque vinum cum aqua. et secrete sanguinem reincipiendo ut supra. Et ubi facienda sunt signa super calicem cum hostia anteque dicatur et etiam dicitur cum dicitur Pax domini tecum. faciat signa illa absque hostia super calicem. In ceteris procedat more solito. tandem sumat partem in hostie humectata et postea sanguinem et missam perficiat ut consuetum est. Sed si liquorem illum sumere inceperit et adhuc in ore teneat vel partum deglutiuerit. dummodo pars hostie in calice remanserit emitat discrete ex ore in aliud vas. et extrahat partem hostie. et agat cum liquore et ceteris ut in casu precedenti. Si autem etiam partem hostie in os suscepere non tam adhuc transglutierit. discrete et caute totum emitat ex ore in calicem deinde extrahat partem hostie vel particulas eius. si in particulas resoluta fuerit. et faciat in ceteris ut supra. Si vero partem hostie cum liquore sumperit. tunc nisi graue scandalum timeatur apponenda est alia hostia secranda. et calix cum vino et pane perparandus. et reincipiendum est a canone. et utruque secrandum atque sumendum. sed si graue scandalum timeatur ex appositiōne nouae hostie. tunc perparetur calix cum vino et aqua et incipiat ab illo loco sicut modo. et claudatur cum istis verbis (Hec quod tienscum feceritis in mei memoria facietis) et statim sanguis sic secratus sumatur. Nec obstat in istis casib⁹ solutio ieiunij quia preceptum de perfectione sacramenti maius est quam preceptum de ieiunio. ut supra dictum est. In omnibus etiam dictis casib⁹ cuius tali cautela et discretione agendum est. ut quantum fieri poterit scandalum evitetur. Unde neque hostia neque calix iterato elevari debet si prius facta fuerit eleuatio.

Quid agendum si impositum sit vinum corruptum.

Quia vinum corruptum speciem vini atque substantiam amittit sicut mutatio accidentium demonstrat. ideo non est consecrabile. Cum ergo principitur esse corruptum aliquo modo expressorum in precedenti dubio agatur tunc ut ibidem expositum est.

Quid agendum si vinum non sit impositum calici. neque aliquis alius liquor sed dimissus sit vacuus.

Quia circa principitur imponendum est vinum aqua mixtum et veterius procedat. Si autem vinum haberi non possit et fuerit ante consecrationem panis. tunc missa deseratur imperfecta. Si vero secratio panis facta sit procedatur in missa. ut circa secundum dum dubium huius articuli clarius expositum est.

Quid agendum si vinum sit dispositum ad corruptorem. non tam corruptum est. ut si acescat vel si sit pendulum aut fetidum vel immundum. aut alium consimilem habens defectum.

Si principiatur an secracionem calicis. remouetur et apponatur venum aptum si haberi possit. Si autem haberi non possit. vel si percipiatur post consecrationem procedatur et perficiatur officium.

Dubium

Si  
Solo.

Si  
Solo.

Si  
Solo.